



LIBER
DE ORTHOGRAPHIA
PROOEMIUM.



VM turpe magis sit nescire Latinè scribere quam pulchrum scire, ob id breuiter de recta scribendi ratione agere decreui, nihil omitens necessariorum, sed non necessariorum mihi adiciere decreui enim. Dicitur solet vitam esse breuem, artes autem longas. Esse autem Grammaticæ partem haud dubium est, cum catulum & catullum catulumque non aliter intelligere quid significent possimus quam ex recta scribendi ratione, dicemus

Q. Catulum & Poëtam Catulum, & catulum leonis. At cum hæc pueris & adolescentibus principaliter scribamus, modum qui maximè ei ætati conuenit sequi oportet, non oblitum tamen & fidei ac testimonij rerum traditarum, & ordinis quò clarè exponantur, & vt perpauca plura intelligantur.

- REGVLA I. *de numero & forma & magnitudine litterarum & propriis ictibus.*
- II. *De Prima & secunda diuisione Elementorum & Alphabeto Græcorum eiusque diuisione.*
- III. *De Diphthongis in utraque lingua & aspiratione in Græcis litteris.*
- IV. *De L, & K quod non sint litteræ & de transitu litterarum à Græca in Latinam linguam.*
- V. *De Tertia & Quarta diuisione litterarum consonantium.*
- VI. *De duabus aliis litteris vocalibus consonantibus & digammate.*
- VII. *De duabus præcipuis causis erroris in scribendo.*
- VIII. *De triplici affinitate litterarum inter se, & de 24. littera.*
- IX. *De litteris maioribus in initio ponendis, & diuisione syllabarum.*
- X. *De duplici difficultate circa vsum.*
- XI. *De compositione dignoscenda.*
- XII. *De Diphthongorum ratione.*
- XIII. *De ancipitibus litteris.*
- XIV. *De litteris qua colliquantur*
- XV. *De deriuatione*
- XVI. *De litteris qua numquam in fine dictionum inueniuntur.*
- XVII. *De litteris qua se non consequuntur.*
- XVIII. *De geminatione litterarum.*
- XIX. *De iudicio adhibendo,*
- XX. *De compositione dignoscenda.*
- XXI. *De mutationibus vocalium in compositione.*
- XXII. *De consonantium mutatione,*
- XXIII. *De Consonantium ad vocales comparatione.*
- XXIV. *Quod modus scribendi variat significatum.*
- XXV. *De his qua ex conuersione aliarum linguarum.*
- XXVI. *De multitudine consonantium.*
- XXVII. *De Pronominum compositione, acque varietate.*
- XXVIII. *De aspiratione.*
- XXIX. *De pugnantibus scribendi causis*
- XXX. *De syllabis primis, secundis & tertiis ab usu & auctoritate veterum.*
- XXXI. *De accentibus ex Aldo Manutio.*
- XXXII. *De diuisione Orationis.*

Orthographia est recta ratio scribendi, id enim nomen eius ostendit non vt ita proferamus quemadmodum scribimus nam scribimus Caium & Cneum & proferimus Caium & Cneum per g. eius autem duæ sunt partes, Scriptura quæ prolationem consequitur seu sonum litterarum & puncta quibus distinctè proferimus, ergo de prima parte prius dicendum erit.

Scribendi

Scribendi & proferendi quinque cum sint rationes quæ vocem variant non omnes ad Orthographiam pertinent nam solum variamus propter litterarum varietatem velut *réplus* & templum David David, Davidus hæc non ad Orthographiam sed ad latinitatem pertinent; secunda est in qua multum Græci laborant, at Latinis parum in vsu est accentuum observatio. nam cum tres sint accentus, grauis quo utimur in fine dictionis, cuius vertex tendit ad sinistram, acutus quo in fine utimur sequente enclitica, & circumflexus quo Latini solum in medio ad distinguendum significatum utuntur, ut lepore pro animali & lepore qui est venustas dicendi, de quibus tres regulas subiiciemus, quoniam & hæc pars est rectè scribendi. Propria autem Orthographia consistit in his quæ cum similem habeant sonum id est parum differentem, bifariam scribi possunt, hoc autem tribus modis contingit: vel ob litteræ vel litterarum similitudinem velut dictum est *Cneus* & *Gneus*, parum enim, sono differunt & *silla*, *Silla*, *Sylla*, nam si multum differant ut templum & templus, vitium est latinitatis, errasse. Vel ut scribatur simplici elemento aut duplici ut religio & relligio vel ut litera quæ addit sonum nullum habeat ut *Hanibal* & *Annibal* inchoo, inchoo inchoo vel quia coliquefeat ut *silla* & *scilla*, scit, sit quorum significata quantum differant satis apertum est.

Neque verò expectare oportet ut in Geometricis demonstrationes licet noster Scaliger conatus sit eorum reddere rationem, nihilominus omnes ab vsu deriuantur, nam ab eo omnia originem sumpserunt, non enim est cur magis scribamus omo & homen quam contraria ratione omen & homo siquidem nihil hæc ad significatum modo vsus admitteret sed quoniam res plures sunt dictiones venustæ pauca coacti sunt magistri Grammaticæ, imo consensus hominum ad hoc necessario deuenit ut ex quavis minima differentia proferendi inde scribendi variarent significatum atque id non parum scilicet ne ob affinitatem vocum & sensuum frequens error accideret nisi enim plurimum differrent amo quo animi significatum declaramus ut hamo quo ferrum retortum ad capiendos pisces intelligimus, facile in errorem lectores perducerentur.

Ergo hinc habet originem Orthographia iuxta quam tres sunt partes eius, ratio, vsus & lingua, lingua quidem velut cum dicimus *Cyrus* quia scribitur Græce *κῆρος* non *κίρος* & biancus non albus, proprium viri nomen bianco dicimus Italica lingua vnde notandum est quòd in transitu à lingua ad linguam in propriis plerumque & magis seruatur etymon quam in aliis causis: Vnde Græci aberrarunt scribendo *Αννίβας*, pro *Αννίβας*; id est Annibalem sine aspiratione quasi ad concionandum ineptum cum Latini cum aspiratione proferant.

Verum à ratione dicimus quando generali regula comprehenduntur, quòd si ab eadem deuiare contingat vsum excusabimus, erunt ergo quatuor partes in vniuersum generalissimæ à ratione generales à linguæ origine, specialis ab vsu & ab accentu, de ratione ergo primum dicendum est.

Ratio ergo rectè proferendi ex tribus generaliter sumitur tanquam finibus distinctionem euphonia & carmine, ab ipsa verò rationis substantia differentiarum ducuntur natura litterarum, declinatio, deriuatio, compositio & res ipsa significata; ergo primum de litterarum natura dicendum est.

REGULA PRIMA.

De numero & forma & magnitudine litterarum & propriis interis.

Litteræ apud Latinos sunt viginti vna, a b c d e f g i l m n o p q r s t u x y z. Et hæc sunt minores: Maiores autem totidem, & eadem scilicet A B C D E F G I L M N O P Q R S T V X Y Z; Sunt & maximè similes magnis, sed grandiores multo & elaboratæ duplici maximè linea, & vacuo inter eas contento: quarum vsus est solum in initiis librorum aut capitulorum, sicut magnæ in principio solum dictionum ponuntur, nunquam in medio, multo minus in fine. Sed in his locis utimur tantum paruis, verum s, mi-

nore utimur tantum in fine dictionum, in medio namque & initio earum vbi magna non opus est, habemus quartum genus s, quod mediam vocamus quæ similis est parvæ quòd collocatur in principio solum cum magnam collocare non licet & quòd in medio collocatur: magnæ quòd non collocatur vnquam in fine nisi ante encliticam ut eo vsque. Porro magnum s & maximum non mediæ sed minori assimilantur, magna tamen formarum plurimum differt à paruis nisi in C O P S X Y Z. Sed F L & Q non admodum differunt forma à paruis literis, I quoque cum magnam est sine puncto scribitur atque in hoc paruum à magno solum differt: nam in paruo adiiicitur supra punctum: quia aliter duplex ij, transiret in y aut n vel u & i simplex cum u vel n transiret in m & cum m in duplex; n, idem puncto distinguitur

distinguitur inuenta & est s, media vt non aded deformem efficeret dictionem in medio nam seuuncta est grandior & maius occupat spacium: coniuncta quasi efficit q, formam autem d, vel b, cum l, aut p, quod vitium est etiam inter o, sequente l, vel i, vt non nunquam ambigas, sæpè etiam c, & e, ob similitudinè inter se confunduntur cum per se scribuntur vt in Geometricis demonstrationibus: propterea ego consulerem vt scriberetur e, parum retro acta linea, quodd etiam facit ad gratiam. Porro literæ omnes ex quadrata forma deriuantur minores quidem, vt b, nam sexta pars est in imo, dimidium erectum est supra, sextante pendit antrorsum, anguli tolluntur merito quia vt dixi continetur quadrata figura non tamen elementum ipsum quadratum est. Magna maximaque dupla ratione solum constant vt P, Q, alia quadrata simpliciter vt A B C M, velut & ex paruis a c e, sed, i. longitudine caret. At de his si plura vobis consulas Lucam Pacciolum, atque Vernerium. Nulla præterea consonans sonat a nec o, Q sonat u, x, sonat i, reliquæ tredecim sonante in initio vel fine.

REGVLA II.

De prima & secunda diuisione Elementorum & Alphabeto Græcorum eiusque diuisione.

HArum igitur duæ ultimæ scilicet y & z Græcæ sunt non Latinæ, & quanquam omnes literæ a Græcis fluxisse credantur & ad illos ex Phænicibus iuxta Poëtam illum.

Phanices Græcos Græci docuere Latinos.

Vt feratur Euander seu illius vxor eas in Italiam deulisse, alias tamen non appellamus Græcas, quodd ab ipsa origine Italicarum rerum iam ingressæ essent, atque ita, vt formam commutauerint: at hæ duæ recentes sunt & formam eandem quam habent apud Græcos ferme retinent, nam maius Y Latinum à Græco differre non videtur præterea proprietatem suam retinuit scilicet in initiis aspirationem. Sunt autem Græcorum literæ plures nostris scilicet viginti quatuor α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω. Quarum sunt septem vocales α ι η ι ο υ α. At apud Latinos tantum sunt sex vocales a e i o u y, ratio est quodd nostrum æquipollet o, & ω Græcorum & e, nostrum e & η Græcorum aded vt cum his sex vocalibus lingua latina sit locupletior Græca ipsa vocali u, Dicuntur autem vocales quia vocem per se habent vnde etiam consonantes quodd in sono suo vocalem necessario contineant. Erunt ergo consonantes Græcorum decem & septem scilicet, β γ δ ζ ε κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ. Latinæ quindecim hæ b c d f g l m n p q r t x z.

REGVLA III.

De Diphthongis in vtraque lingua & aspiratione in Græcis literis.

GRæca lingua habet sex diphthongos αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, hic verò sonat u, Latini

num quo diximus esse distictos Græcos, Latini autem habent tantum quatuor α, & α, qui scribuntur, sed non profertur, efficiunt tamen syllabam longam. Et omnis nominis & datius numeri singularis, & omnis nominatus numeri pluralis primæ declinationis nominum diphthongum recipit a e, sed a α, & eu: reliqui diphthongi scribuntur & profertur, & sunt etiam ipsi longi: & in prolatione diuidi non debent, cum verò duæ literæ ex his quæ solent componere diphthongum non componunt iunctæ diphthongum; diuidi solent per duo puncta superposita, vt Poëta. Sed diphthongi Græci omnes non sunt apud Græcos longi sicut apud nos, verò habent literas semper longas loco diphthongorum, qui possunt esse breues: nam η & ω semper sunt longæ, ε & ο, semper breues, habent & Græci Diphthongos improprios vt εη, εω, οη, οω qui sunt extra arcam: verum habent duo genera aspirationis plenum & tenue: plenum significant circulo ad dextram conuerso, tenue ad sinistram vt οκλιπρος, & in edu in initio distinctionis cuiuscunque a vocali incipientis, aut η apponunt notam spiritus etiam si tenuis sit; ex his o inter vocales ab initio semper aspiratur. Quatuor quoque consonantes etiam semper aspirantur φ χ ψ, & η si solum sit, si duo secundum reliquarum consonantium nulla aspiratur, neque denso neque tenui spiritu: vocales autem sex, reliquæ in initio non alibi modo aspirantur, modo sunt tenues.

REGVLA IV.

De L, & K quodd non sint litteræ & de transitu litterarum à Græca in Latinam linguam.

HOc igitur videntes Latini non aspirationem supra, sed h, loco densæ aspirationis in distinctionibus interposuerunt, aut anteposuerunt, existimantes vbi non adscit debere intelligi, vt aspiratione tenui profertur cum ergo nulla consonans apud Latinos, aspiraretur denso spiritu quandocumque inuenimus ch, ph, rh, th, in dictione aliqua aut y, aut z, intelligimus statim eam dictionem non esse Latinam, sed Græcam, vt lycia lycisca Orthographia, verum tenuis profertur Græci tenues quæ sunt κ τ ρ, quam Latini c p t, Sed neque in medio h, post vocales nisi raro inuenitur in principio frequenter, vt hædus, hallucinor. Aliquando ex litera fit veluti hariolus ex fariolus, sed hoc antiquum, meum autem non est obsoleta sequi quando vsitatis satisfacere nequeam in illic istic, illuc istuc, illac istac transeunt hic hue hac, literæ autem Græcæ sic ad Latinos transeunt α β γ δ, a b c d e breue ζ η, z, t, vel i, longum, θ ι κ λ μ ν ξ ο, χ ψ, ch, i, o, l, m, n, x, o, breue, π ρ σ τ, φ, ω, p, r, s, h, l, t, y, ph, pf, o longum. Præterea αι, in α, ει, in αι, in γφ, vel αυ, in εφ, vel ευ, σι, in ι, οι, in υ, φ, in α, longum, ιι, in y quodd tamen rare accidit. At R, apud Latinos litera non est, sed tamen in Kalendis, vsi sunt veteres, nec alias admittitur.

REGVLA V.

REGVLA V.

De Tertia, & Quarta, & Quinta diuisione litterarum consonantium.

Consonantium ergo quindecim alia sunt mutæ, & sunt quæ vocalem in fine sonant, & sunt b c d g p q t z, alia quæ vocalem ante sonant seu in initio prolationis, semiuocales & sunt f l m n r s x, sed quoniam tres sunt literæ duplices q, quæ, sonat qu, semper x c f, z verò ff, sed tenue ex semiuocalibus, sunt etiam alia duræ f & x, alia prorsus liquidæ l & r, alia liquidæ non tamen prorsus m & n, vna media quæ est s, liquidæ prorsus sunt quæ coniunguntur optime postpositæ aliis vt pratum, gnatus, plenus, Imolus nec scio cur m, posuerint liquidam nisi quia liquecat in fine dictionis in carmine velut apud Catullum:

Persequamur eam & reflagitemus.

Duplices nunquam duplicatæ apud Latinos nec Græcos inueniuntur, vt duplex x, aut q, aut z, neque vt vna alteram quomodo vis sequatur: cum de z, materna lingua frequentissimum sit exemplum, vt *ricchezze*. Sed neque q, aut z, vlla alia consonans sequitur x, tamen sæpe in compositis à propositione ex, vt *xepeto*, extendo; aliter negant posse dici textum à texto, mistio sane scribi debet, non mixtio, sed z, aliquando in peregrinis postponitur consonanti vt Ariobarzanes: Eadem sunt literæ non antiquæ vnde veteres scribebant, locuntur pro loquuntur.

REGVLA VI.

De duabus aliis literis vocalibus consonantibus, & digammate.

Vltus & cornus literas altera i, altera u, habent alias à vocalibus, quæ scilicet sonum retinent consonantium, ita iacet vt iouis, sed ij facit duas syllabas semper, je autem in ieiuno ientaculo, & iecore, & quæ ab his non aliis, nam iens facit euntis, vado, veni, viuus volo vultum, sic feruus, ceruus, fuluus, Dauus vnam; duæ autem similes literæ in eadem syllaba esse non possunt: ided excogitarunt Grammatici inter quos fuit Claudius Cæsar, vt loco primi u, f, pronunciaretur: serfus, corfus, tarsus, Datus, F, versa, atque ita in vnicam syllabam, hæc coibant. At de equus quid afferre poterat: Verum hæc nihil ad rhombum, vt dici solet, quandoquidem mutato sono mutetur & litera: ob id desit hæc curiositas inanis, & inuentorem digna suo; nemo enim nunc hoc genus scribendi sequitur. Germani tamè etiam non in digammate sæpius pro u, f pronuntiant: vt sinum vini loco, vitio potius linguæ quam arte, vlla. Quandoque i, vocalis remanet vocali sequente, vnde fiunt duæ syllabæ, vt hyarbas, pietas, & in u, suauis, Suetonius, Liuius.

REGVLA VII.

De duabus præcipuis causis erroris in scribendo.

Repetentes igitur omnia, ab initio doctere intituimus vnde, nam contingat quoddam cognita, recta ratione proferendi, nihilominus, peccemus in scribendo, nam rectam rationem pronuntiationis tenere quemvis qui velit rectè, scribere iam supponimus, neque enim sine illa quisquam proficere poterit; nam pronuntiationem esse ante scripturam, & origine priorem docuit, Philosophus in libro de Enuntiatione, dicens res primo esse, inde animo concipi post proferri demum scribi. Indicant & tot gentes, quæ sero scribere didicerunt: velut Germaniæ populi quidam non ante multos annos, & Indi etiam Occidentis admirantur, hanc ipsam scribendi industriam; vicissim tamen ex malè scriptis libris, etiam pronuntiatio vitatur. Ergo cur vitietur causam quæ fuisse, operæ precium est. Et inuenisse ferme necessarium non solum quoniam pulchrum sit scire ipsum, sed quoniam medela omnis circa causæ ablationem non tantum in corporeis morbis, sed etiam in vitiis quibuscumque consistit. Ergo vt dixi constituta pronuntiationis, rectè scientia bifariam planè, in scribendo errare contingit: vel quia non quemadmodum scribimus, ita pronunciamus, quoddam Quintilianus docet dum dicit t, in d, & c, in g, molliri. Et quanquam non vt in Græcis, tam frequenter, vt cum y, anrealiud y, & a, sonat y, vt *ἄγγελος* Angelus non *aggelus ἀγγέλιος*, *ἀνκυλία* & *ἀντί* pro contra, andi non anti; attamen & c, pro g, scribitur vt diximus in Cneo & Caio. Et d, pronunciamus pro t, vt quātrīngenti quādrīngenti, sed hic non solum pronuntiatio, sed scriptura mutatur: velut etiam in septīngenti loco septīncenti, sed forsā hoc dixit ob Græcos: vel quia non adeo perspecta est pronuntiantī ratio; vtrumque autem multifariā: & primum ergo cum aliter vt dixi scribimus quam pronunciamus, vt Gneum & Gaium pronunciamus, Gneum & Gaium curculionem scribimus: non ita accipiendum est vt Gneum, perfectè Gaium aut gurgulionem pronunciamus; quid enim vetaret quin vt pronunciamus scriberemus? Sed alterum duorum est, vel vt ab initio scriptum esset Cneius quia ita pronuntiatū inde deflexa vitio pronuntiatione in Gneum retenta sit scriptura prior: vel vt ab initio Gneus pronuntietur sed paulatim deflexo verbo in Gneū, tum quid medium inter c & g, illa scriptura significatum est, vtrumque sit illud non est credendum vt simpliciter g, pronuntietur sed medium inter vtrumque, alter modus huius membri est; vt litera colliquescat in pronuntiatione quod maximè contingit in c; litera, pronunciamus enim in scio suo ferme, & in scedaso sedasus, non perfectè, vt dixi sed c; litera quasi colliquescente. Tertius modus est cum mutatur in compositione velut: *Eligo* ex ex & *lêgo*, & *accurro* ex ad & *curro*, vel quoniam muratur ratione declinationis vt *mendax* *mendacis* non *mendaxis*: vel quoniam ex succedente, litera mutat sonum vt *iustitia* pronuntiat *iusticia*. Secundi

cundi modi ratio est, ex non perfecta ratione pronuntiandi quæ contingit vel quoniam quondam additur litera non est, vt traho tra: neque enim litera differunt sed, sola aspiratione: vel quia est litera sed non profertur, vt in primis diphthongis, vt sæpe, vel sepe: vel quoniam similis est, quæ addenda est vt littera pro litera: nam vicissim addendo vel detrahendo vbi non oportet errare contingit, vel cum pronuntiatio pendet ex accentu, vt lego & lægo: Et rursus cum pronuntiatio non est perfecta, nota vt inter m & n, quæ natura sunt similes, vt tyrannus & tyrannus: demum cum mutatio fit ex sequente littera vt tanquam quia q, sequitur pro tanquam; vt sint in vniuersum vndecim modi. Propterea diligenter prouidendum est, vt ritè affuescamus pronuciare, cum ex pronuntiatione scriptura, vt dixi maxima ex parte oriatur.

REGVLA VIII.

*De triplici affinitate literarum inter se,
& de xxiv. litera.*

PORÒ literæ in literas commutantur, vel ratione permutationis vel soni, vel permissionis. Permutationis maximè duabus ex causis declinationis, & compositionis. Cum enim declinatio facta sit, ob variationem oportetque variari, plures literas, necesse est vt commutentur: maximè vltimæ sicut in compositione variantur primæ, videtur autem c, elementum triplici commutationis genere ob maximam affinitatem, quam habet cum pluribus præstare. Habet autem primi generis affinitatem cum x, & g, secundi cum g, & t, tertij cum f, cum x, quidem ac omnia nomina quæ in x, terminantur præcedente a, vel u, genitiuo commutant in c, & merito, nam dixi x, quasi esse c, cum f, nil mirum igitur si primam partem in declinatione retineat labrax ergo labracis, edax edacis, bibax bibacis, procax procacis, lanx lancis, Demonax Demonacis, fax facis, fallax fallacis, lux lucis, crux crucis, dux ducis, trux trucus, nux nucis, efficax efficacis, nox noctis, sed assumit t, iure autem x, transit in c, sæpe, iudex iudicis, nex necis, aurifex aurificis, podex podicis, ramex ramicis, codex codicis: nonnunquam in g, lex legis, rex regis in i, transit in u, quandoque nix vt niuis, sandix tamen & appendix faciunt sandicem appendicem; cum q, quis cuius cui. Quam aduerbium, & coniunctio transit in cum & tunc non solum aduerbium, & coniunctio, sed etiam præpositio esse potest. Causa huius est quod neque Hetrusci, neque veteres Romani q, litteram habuerunt, idèd Citinum pro Quinto pronuntiabant. Sona autem vt dixi cum g & t, sed cum t, duntaxat cum ante i, ponitur vt semper pro t, scribendum sit nisi deriuatio obsset vt facius a, facio Iudicium à iudice, dicemus à iusto. Et laurentius à laurento, & litium à lis litis, & vitium à vito vitas quid vitare ipsum oporteat. Sed in permissione cum f, sequente tantum e, vel i, vel ae, diphthongo vt in sedit,

so, Scæuola, Scipione, scio, scena, scelus, scytha, scytala, innumerique aliis id genus, in quibus colliquescere c, videtur sed verius permiscetur sitque, quod scribi nullo modo potest sonus f, c, plenioris, barbaris in vsu frequenti. & est vigesimaquarta litera Latinarum. Quæ autem non commutantur sunt velur g, & f, & r, de quibus fursum agemus cum specialiter sermo de his erit.

REGVLA IX.

*De literis maioribus in initio ponendis,
& de diuisione syllabarum.*

LITERIS maioribus plurifariam in initio dictionum vtimur: nam in titulis vulgare est: Primum cum dictio est initium orationis, quæ ex anteriore non pendet licet sit idem subiectum. Scilicet vt aliud diuisionis membrum, vel materiæ, vel rationis amplectitur; vt cum multâ argumenta principalia adducimus ad rem demonstrandam. Secundo cum testimonium aut verba alicuius inducimus, prima dictio notanda est litera maiore; quin etiam quidam totas dictiones, ita scribunt, quod superfluum existimo nisi admodum pauca sint dictiones, vt verba tabularum in libris de legibus, & Senatus consulta in orationibus, aut quoniam exponenda sint, vt Epistola M. Antonij, ad Octauium, in Philippica secunda; & verba authorum quæ cum commento seu explanatione imprimi solent, similiter & inijta carminum. Sed in continua oratione quæcunque tractationis cuiusdam subiectum, quoddam esse videtur primam dictionis illius litteram magnam habere debent; huiusmodi sunt aduerbia numeralia vel nomina suo loco posita scilicet quæ orationem distinguunt; vel vltimum sciendum ac sic deinceps. Et cum velut aliena etiam nostra referimus, vt primum diximus si ab hoc inchoet oratio; sed & nomina propria, prænomina, cognomina, agnomina tamen locorum omnium vel vrbium, villarum, artium, oppidorum, prouinciarum, montium & gentium; sed non ab illis deriuata adiectiua velut Græcæ doctrinæ. Dignitatum tamen semper vbi vno elemento; significent S P Q R. Sed & breuiter, & perfecte scripta Respublica, Consules. Rex Dij: Senatus tamen & quod maius est, imò maximum neque Cælum, neque solem dignantur, hoc nomine in quo nil potest esse non singulare, vnde etiam sol dictus est quia solus, sed nec hominem aut leonem, hoc honore dignantur, quo irum locupletarunt. Breuiter multitudinem non putarunt hoc munere decorandam, sed id tantum quod vnum refert. At Tartara & orgia sacri genus cum omnibus eiusmodi maiore litera scribimus; lapithas Phlegiaque, Romanos Dardanios, Græcosque, hæc vltima deriuatio quæ solet maiore nota scribi; Sed & acres c, magno scribunt. Nec male fecerit qui Mastichinum aut Rosaceum, dixerit vnguentum non mastichinum aut rosaceum. Et quæcunque digna sunt nota ob quam hominis mentem ad se trahant; nam cælum aut solem nullius facti originem fore existimarunt, nec in quæ agere

agere liceret at Iouem, Martem, Apollinem, Deum Italos posse esse authores alicuius egregij facti credere Italiam verò aut Romam quæ pati tale quid posset. Hæc ratio videtur melior originis huius consilij quanquã non ad vnquem seruata. At cum non possimus in perpetuum trahere scripturam, sed regredi cogamur nec difinita ratione dictionum finem imponere, diuidenda est dictio vbi syllaba finem accipit vt distingo non distringo.

REGVLA X.

De duplici difficultate circa vsu.

Diximus superius vsu constare rectè scribèdi rationem vt etiam reliqua quæ ad verba pertinent vt in libro de conscribendis libris. Hoc testimonium ergo à vetustis scripturis accipere conuenit: ergo à codicibus antiquis, & marmorum inscriptionibus, atque hæc est consuetudo. Sed in his duplex, & grauis est difficultas, prima quoniam & ex librariis illis manifestè quidam imperiti erant, imo necesse fuit omnes aliquando aberrasse seu ob celeritatem, seu fatigatos, seu imperitia ipsa, neque enim verissimile est quempiam & maximè seruatorum (quorum proprie fuit hoc munus) tenuisse linguam totam tantum seu Græcam seu Latinã, quandoquidem nunc vix cum tot Lexicis, Calepinis, Cornucopiæ thesauris possimus omnia comprehendere. Multo minus in lapidibus qui opera imperitorum fabrorum inculpebantur, ob id testimonium hoc valde infirmum est, cuius inditio est tam multiplex scriptura de plerisque verbis vt illud de his (quamquam alia ratione dictum sit) intelligi possit: Grammatici certant, & ad huc sub iudice lis est.

Altera difficultas est quoniam dato quod antiqua lectio hoc vnum velit, in quo à vulgata dissentiat, num debeamus illam sequi? tum quia iam exuleuerit vsu, tum quod necesse esset tot libros mutare, sub qua ambiguitate castigationes illè eruditæ Petri Victorij super Ciceronem, & Pierij super Virgiliũ comprehenduntur. Propterea in his duobus (meo iudicio) opus est auxiliis: vno vt videamus quid magis cum regula ipsa consentiat an antiqua lectio librorum, an vsus ipse præsentium. Atque in his etiam comprehendendo libros Pandectarum qui sunt de Iuriconsultorum, & Imperatorum responsis quæ tamen sub persona Iuriconsultorum reddita sunt: quandoquidem verisimile vix sit, inter tot curas, & graua negotia imò vt verius dicam, sub tanto luxu operam illos dedisse intri; multo minus sermonis elegantia aut candori linguæ tam in structura quam verborum sinceritate, tum verò iam obsoluerat lingua Iustiniani ætate, cum multo antea defierit esse pura, vnde querela illa Quintilianij quæ multo ante fuit Iustiniani tẽpore. Imo ne Seneca quidem purè locutus est qui sub Claudio, & Nerone Imperatoribus floruit. Et vt verò dicã angustissimos terminos sinceritatis nacta est lingua Latina quæ sub Cicerone inuicæperit, quandoquidem, & de hoc ipse gloriatur, & Sallustio quodd obsoleta in suis scri-

ptis inseruerit vitio vertatur: deseritque cum eodem Cicerone ciuilibus primis bellis ne dicam etiam secundis Cæsare, ob gratiam Gallos in Senatuum admittente: Vnde illud vulgatum de illo Bonum factum, si quis Senatori nouo curiam monstrare velit, corrupta enim cum primum est lingua Romana, sed longè magis succedentibus trium viratus temporibus in quibus extincta tam magna parte populi Romani ferme tota ciuitas cõstitit peregrino habitatore, vt tempus illud florentis linguæ vix viginti quinque aut triginta annos impleuerit, sed neque illud vos mouere debet quòd in pandectis antiquorum Iuriconsultorum verba contineantur, cum ad id respicere non debeamus cuius temporis, fuerint verba, sed quo tẽpore potius trãslata atq; transcripta fuerint, nam illud magis refert quo Librarius tempore, quam quo tempore floruerit Author, nam & imperiti florète lingua mãs, & periti iam senescente bene scribere possunt. Quin etiam cum Iustinianus Græcus esset, & in Græcia habitaret qui verò conuenerunt corrigendarum legum causa seu colligendarum non minus fuerint Barbari vt etiam nunc quam Latini vel Græci, constat hoc in argumento libro illi Pandectarum partiam fidem adhibendam esse. Alterum ergo auxilium ex Carminis lege deducitur, qua acta ratione ac quasi constrieta vinculis coguntur dictiones in ordinem quanquam haud me lateat, ipsa censura corrumpi verba, vnde multi litteras pro literas carminum causa perperam scribunt, atque ita de multis aliis sed tamen hoc tantum de geminatis consonantibus.

REGVLA XI.

De compositione dignoscenda.

Compositio duplex est, alia originis vt frater i. fere alter & est occulta & non dum factæ dictionis; alia duarum dictionum velut addo ex ad & do, admoneo. In hoc secundo genere litera plerunque geminatur, alias similis alias dissimilis, Oedipum à syllaba quod non ex ipso quasi equo, sed ex *videtur* *vis* *videtur* i. à pedum timore. Inspice ergo abiecta prima syllaba an dictio sit à deinde cõsidera quæ præpositio anteponatur: velut amens nominatiuus est amens cuius postrema pars est mens detracto a, a autem præpositio est ideò dignoscimus simul & quod componitur, & quomodo scribendum, tamen sit simpliciter, sed in quibusdam est difficultas non parca, vel ex natura dictionis vel ex magna mutatione in compositione vt in eligo, quodd componitur ex, & lego abiecto x, & mutato e in i, ex natura autem dictionis quandoque etiam accidit vt dixi licet rarò vt in præter quod non componitur licet præ & ter significant, & aliquando secus vt ignosco à gnosco cõponitur, sic nec prehendō nec præter, & generaliter omnia quæ composita Latine videntur à Latina compositione sed verbo Græco eoque simplici deriuantur: Indicias etiã ab in & duco quisque componi præsumpserit, ad id non sed nomen est per se, & nimis curiosa

curiosa est compositio Gellij inde yti iam, sed vt dixi huiusmodi rara sunt que fugiat deprehensam; componuntur autem nomina non solum & verba cum præpositionibus quod frequentissimum sed & cum aduerbiis vt benefacio, & aduerbia inter se nonne non nihil & propositiones vt præterquam, & duæ coniunctiones vt quanquam. Nolo compositum esse ex non & volo declinatio ostendit: siquidem non vis non vult, malo etiam mauius mauult vt constat ex volo, & magis abiecta tota syllaba, sed & nomina inter se etiam licet raro, & longè rarius verba, ergo declinatio sæpe detegit naturam verbi, seu nominis.

REGVLA XII.

De Diphthongorum ratione.

Cvm duo sint diphthongorum genera vt dictum est au & eu quoniam proferuntur propterea paucas habent exceptiones, si enim vocalis sequatur aueo auitus auarus auidus tueho, euinco, euoco, diphthongi non sunt quoniam u, consonans est, at si consonans sequatur pauca sunt in quibus diphthongus non sit vt audio, aufugio quamvis fiat mutata bi in u, vnde notabile est, sed si diphthongi sint æ vel œ, præstat scire quomodo scribendi sint quando quidem non proferantur, tamen misto sono proferri debent vt ab etymo fiunt, autem maxime in sex casibus vel ex prima declinatione nominum velut dictum est supra vel ratione præ præpositionis quæ sola cum suis compositis diphthongo constat, inter omnes præpositiones & coniunctiones dicam, & interiectiones si Papæ excipias nihilominus tot tantæque verba amplectitur, vt sola omnibus aliis æquiualeat vnde tot composita ex aduerbiis sæpe, tertius casus est ab origine vt cœlum æqualis, & quæ ab his deriuatur ita sæculum secundum aliquos sæps præp sæuio atque ab his, quartus est à Græca lingua nam a, i, in æ, transit ordine quodam sed & oi, in œ, vt *œdipus*, quintus est ex relatiuo quæ, & eadem in secunda litera aliisque similibus, sextus, ex propriis nominibus vt *Aneas*, *cetoli*, tum ergo e, natura breuis producitur diphthongo signanda est au, quidem in parte inferiori œ, in medio sed æ, & eu, non nisi propter carmen considerantur, at Poëtarum licentia est vt collectas diuidant & diuisas colligant vnde parum refert seu Poëta, non sint seu sint, & abutantur hoc nomine illud solum considerandum s, interpositam impedire coniunctionem seu diphthongum non minus quam duo puncta velut ahenum, & ohe, sed & est insula ter repetito diphthongo insignis æææ, nomine, in qua Circe habitabat de qua Homerus agit vna ex insulis Pharmacusis nam sunt duæ in sinu Megarico prope Salaminem quarum maior olim vocabatur æææ. Alij iuxta Italiæ partem quæ Campania dicitur vbi circum promontoriū vt sit Pontia insula dicta seu Pædataria. Alia questio est, de felice nam magna est contentio, Despauterius cum diphthongo scribit, Aldus iniuria, ex Aldi credo senioris monumentis insinua adducit: testimonia quibus ostendit si-

odis ea 12.

ne illo scribi. Robertus Stephanus à fenore mutata n, in h, deduci putat. Est autem longa deductio, sed Aldus senior, & Laurétius Vala sine diphthongo scribunt. Quin quod maius est Io: Pierius cum singula quæque animaduertat, & corrigat in Virgilium toties scelicem cum diphthongo scriptū sine diphthongo ipse scribens nihil affert. Idem vt dixi in tanta hominum eruditorum controuersia vtroque modo scribi posse puto, sed vt ad rem redeam æ, vbi que inuenitur in primis mediis & vltimis syllabis, œ autem in omnibus præterquam in vltimis: omnia autem diphthongi coniuncti scribi debent, aut per notam solum additam cum non plene proferuntur: vt æ, vel ç, aut œ, vel æ.

REGVLA XIII.

De ancipitibus literis.

VOco ancipites in quibus vtramvis scribas non refert, vt lylla vel lulla, corylus vel corulus, quod Romani refugerent Græcam literam ita quum & cum illud antiquius, non tamen antiquissimum, nam cum q, carebant. Secundum genus est in declinatione nominum, in sexto casu in i, vel e, vt contumaci vel contumace, hospite, sospite, hospiti, sospiti pauperi, vngui vel vngue, & paupere, ignis quoque igne, & igni, & in quarta declinatione nominum u, vel i, vt Senatus, Senatu vel Senatui: manus manu vel manui: quanta hoc frequentius, ita cursu quia non maior esse debet genitiuo: sed & cursui, & in genitiuo plurali per concisionem Saturnaliorum Saturnalium, Graiugenum, & Graiugenarum. Tertium est verborum in plurali numero in tertijs personis temporis perfecti: velut amaauerunt vel amaauer, euphiam in hoc iudicem habeto. Quartus in coniunctione alioqui vel alioquin in propositione aduersus vel aduersum a, & ab, idem possunt ab ante vocales & consonantes vbi non male sonet a, solum ante consonantes. Quæ ratio ad vnguem seruari debet in ex & e, præpositionibus, vt ex vrbe, & ex foro, sed è foro solum. Quintus modus est cum variè legitur, quia ratio vtrinque fauet, vt in ocio otio, author & auctor. Sextus cum antiqua lectio repugnat vsui, vtraque licet impune vti. Vltimo cum dictio Græca Latine Græcæque variatur, vt symptoma in ablatiuo plurali symptomatibus velut a, Pægma seu pegma seu pecma, & est machina lignea, curstatur affigebantur pegmatibus, sed qui dicunt symptomatis duplici ratione immituntur aut faciendo ipsum secundæ declinationis vt symptomatium, problematum, poëmatum pro symptoma, problema, poëma, ita quintam declinationem Græcam quæ assimilatur tertiæ Latinorum quæ in genitiuo crescit ad secundam perperam traducunt. Alij ad datiuum pluralem ex contractis quintæ Græcorum in *ois* *aitois* *aitois*: nam Græci sextum casum in omnibus numeris ignorant cuius loco datiuo vtuntur, a quoque & o, propositiones sunt & interiectiones, idem accentu distinguenda.

REGVLA

REGULA XIV.

De literis quæ colliguntur.

Colliguntur literæ vt dictum est, c, post s, vt in scio, scana, & aliis dictis: sed & u, non solum post q, semper, vt qui, quædam, quantum, quam, sed etiam post g, vt in languor, à languo: adeò vt aliqui ausi sint scribere langor, & n, ante u, aliud u consonantem, vt exuiaz illuues: prima etiam diphthongi æ, vel œ, colligescit sed de hoc infra. Procedimus autem à generalibus ad specialia, c, ante q, acquiesco acquirō proferuntur acquiesco, acquirō, x, ante s, exsequor proferimus exquor: ij duplicatim vnde etiam contrahimus in carmine præcipuè Diis, Dis, & sine contractione abiicio, & b, ante s, sequente muta, vt absterō & abstergo: b, enim vix sentiretur in prolotione. Et cum geminatur litera magna ex parte colligescit, vt in addisco: adeò vt plurimi decipiatur adisco scribentes, & agredior pro aggredior, & in Agrippina cum eo dicta sit quod ægrè paria sit Plinius author est, *ἀγρίππινος* enim vocabant Lacones syluestrem oleam: vnde adagium Agrippio sterilior, ad hunc sensum traductam Plinij etymologiam puto, quasi quod ægrè pariat quod sterile est, quia non concipit, non à difficili partu quasi iam conceperit, neque enim ab hoc habet deriuationem, sed & liquidæ colligescunt, sed non perfecte vt pratum, ignavus.

Lib. 7. cap. 8.

REGULA XV.

De deriuatione.

Deriuatio triplex est, Originis vt à terra, & tamen vt vides variat additione consonantis, & ita de patronymicis *Æacus* *Æacides*. Similiter à patria Carthaginensis à Carthagine, ab arato aratrum, ab inuoluo inuolucrum. In hoc genere sunt participia, gerundia atque supina: nomina quoque verbalia, comparatiua, superlatiua, diminutiua, frequentatiua, desideratiua, vt esturio ab *edo*. Alia quoque multa, sed est à declinatione cuiusmodi casus in nominibus, & numeri: In verbis autem non solum numeri, & personæ sed & modi, & tempora. Quædam tamen commutant vt volo, nolo, malo, vnicō l, in infinitiui, & subiunctiui præteritis imperfectis, in omnibus personis ac numeris, præterea in optatiui præterito non solum imperfecto sed etiam perfecto geminant eam literam. Ita pronomina plerumque e, variant à recto per genitiuum, & datiuum. Quis, cuius, hic, huius, sed in accusatiuo, & ablatiuo casu redeunt, vt hūc, hoc, & quem, & à quo. Sed tertia deriuatio à compositione habetur, quæ fit vt dictum est multis modis. Transfertur autem plerumque vbi mutant in proximās literas de quibus dictum est, velut q, in c, loquor locutus, sequor secutus. Oportet igitur volentem orthographia operam dare, rectè noscere declinationes nominum atque verborum, & vt vno verbo dicam, callere Grammaticam vt à cælo

Tom. I.

sicut caleo à calore: Solicitor à sollicitudine. Sed vt sæpe dixi, quoties prima breuis est duabus sequentibus breuibus, & ipsis in carmine hexametro geminatur prima consonantium.

REGULA XVI.

De literis quæ nunquam in fine dictionum inueniuntur.

NVlla dictio Latina finitur in f g p q, mul-
to minus nempe duplici ratione in y, vel z, quamvis Græcarum multa: in y, vt gry, mysy, pory, neque in un, vnquam: neque b, post e vel i, neque post vllam vocalem in partibus quæ variantur, quæ sunt quatuor: nomen, pronomen, verbum, & participium. Nam in indeclinabilibus habemus sub, ab, ob. Et d, quidem habemus in pronomibus maxime relationaliuis vt quid, quod, illud, istud. Rectus etiam nullius nominis finitur in i, neque eis. In propriis nominibus seruat ratio proprietatis, nõ solum hominū sed gentium, & ciuitatum, vt Bogud apud Ciceronem, & in Græcis Amphion, Anacreon, in *ἀντιόχοι*, sed mutatur solum o, in u, sæpe in his scribit lingua propria vt *ἀγαμέμνων*, & *ἀριόβαντος* ad Atticum, Agamedes, Aiarathes, Ariobarzans Regis frater, *ἀμφιδραστής*, i, anceps ahsa. Sed neque bs, nec ps, post u, excipere vt dixi debemus barbaricæ, quæ non solum scribuntur vt fert ratio sermonis cum literis quibus Latini non vtuntur, & locis prohibitis, sed aliter quàm proferantur, vt apud Sarmatas proferunt th, sub sono ps, & c, ante z, maiore sono quam duplici z, czumas, & hugra scribunt, proferunt ^{10. lib. Epist. sol. fami.} lu-
cra. Atque hic dubitatio emergit an in finibus conueniat mutare finem dictionis vt Dauid Dauidus, Ioseph, Iosephus. In horum secundo mutat Sebastianus Castellioneus in primo nequaquam. In dubium ergo meritò vertitur an in barbaris dictionibus inde in Græcis, tum verò in communibus at propriis desinentia dictionum mutari debeat. Nam Terentius Latine profert communes, eo versu *Oneratus veste atque auro: sarrapes si fiet.*

In propriis autem non laborabit vt dixi, neque enim Bogud Latina dictio esse potest, cui nomen nullum simile sit. Commutat etiam in Græcis non vltimam consonantem sed vocalem tantum: idque in communibus, quòd ea ratione in propriis facere prohibemur vt non illum appellemus. In initiis z, non ponitur nisi in Græcis: neque y, sint s, etiam in illis. Reliqua omnia elementa Latinam dictionem inchoare possunt, & h, etiam si litera non sit.

REGULA XVII.

De literis quæ se non consequuntur.

MN, nullibi se consequuntur: m, quoque ante p, & ps, poni debet sed per n, proferitur vbi antea enim fuit, & n, ante q, ferre semper scribi solent: q, non sequitur p, neq; p sequitur semiuocalium raro ante liquidam vllam inuenies

y

uenies vt s l m x, ante l, vel r, nisi similes
sint vt error, vel in compositione perlibenter
durè satis permaneo molliter nā postponitur
sæpe vt ars arx Arfacides vltimus ex Parthis
Perlarum Rex, c, cum t, conuenit non cum p,
neque cum d, in principio vel in fine, est enim
aprophoron. Post m quoque scribitur b, Am-
brofia, & ambubaiz sed post n, reliquæ om-
nes c d f g s t x, vt Anchises incedo Andreas
infelix ingressus institutum ante anxius, z, vt
dixi rarò præter r, admittit ante se consonan-
tem. Præterea hæc ferme generalia sunt vt
ante b, nec g, ponatur b, nisi in abgreco ne-
que ante f, nisi in deriuatis ab absum vt ab-
fui rarò ante p, vt abmitto abpatruus non an-
te t, nec x, l, non ante b f g n s x d, etiam non
ante q, nisi rarò vt adquo nec ante x f; non
ante b c d g, nec m n p q, neque s t x g, ra-
ro ante b, vt agbatana nec c, aut d, nisi pau-
cis agdistis nec, ante f p q s t l, quoque non
ante d f g r x, nisi raro vt calx, r, non ante f,
pariter nisi vt in arferia s, non ante b c d f g
m g, at f, non ante d, nisi vt Astrubal nec
f, vel g, nec g, at, t, non ante b c d f g m p,
sed x, non ante b e f g m n p q r s t, nisi raro
vt in his quæ à texto. Et generaliter vt semi
vocales rarò liquidas antecedunt quia eas
continere non possunt, ita mutæ rarò sequun-
tur mutas quoniam ab eis apprehendi non
bene queunt.

REGVLA XVIII.

De geminatione litterarum.

VOcales verò geminantur vt Aaron, eæ-
dem iidem, coo exiguis at consonantes
frequenter omnes præterquam, vt dixi dupli-
ces g x z, duplicantur igitur vel origine, vel
declinatione, vel compositione quòd est fre-
quentissimum; atque hæc duplex dissimilium
vt accumulò, ex ad & cumulo & similium,
vt addo aut ob carminis necessitatem, vt sæpè
dictum est cum fuerint tres breues sequentes,
vt litera littera religio relligio, vel propter
anomaliā velut tera à tero, inde sit terra ori-
go igitur triplicem habet rationem, vel à lin-
gua Græca, vt syllogismus *συλλογισμός*, & Phi-
lippus *φίλιππος*: vel à natura ipsa vocabuli
velut terra lucullus: vel distinctionis causa vt
ferre propter fere: Declinatione autem vt mel-
mellis, fel fellis, bes beffis: & vt dixi, de vo-
lo, nolo, malo, item fero in optatiuis, & sub-
iunctiuis, & infinitiuis modis in imperfectis
præteritis. Sed compositionis ratio plerun-
quæ geminat, nisi in cacophonā vt expello,
malè sonaret enim epello & extimeo: peius
enim audiretur ettimeo; in exsiccò aliqui
abiciunt s; sed nullus tamen aded insanit vt
scribat essiccò; insanio non duplicat conso-
nantem quia periret sensus: vbi enim signi-
ficat raro mutat consonantem; præterea ra-
rissimè n mutat in f, propter magnam soni
differentiam, sæpè etiam vtroque modo scri-
bere possumus vt adfero, & adlatro pro affe-
ro & allatro: quoniam durior non reddat
sonus & sensus est integer. Quoties verò ma-
net consonans, & aliud significat geminare
necesse est: vt opperit deponens, idest, in-

uenio, vt differret ab operior passiuo quod est
contegor: Superlatiua quoque geminant r,
vel s, vel m, vel l, vt humillimus deterrimus
sapientissimus. Heteroclitā non semper vt ma-
ximus, nam summus vt differat à secunda per-
sona sum es est in plurali numero indicatiui
modi geminat m; nulla litera geminatur ne-
que in principio neque in fine: sed in medio
cum fuerint tres consonantes, non geminan-
tur nisi vltima sit l, vel z, vt attraho effla-
gito, e post e, nunquam geminatur,
quia lex, facit legis, ideo non potest acquiri
duplex t, tuela ergo à tueor repperi & rep-
puli etiam inueniuntur.

REGVLA XIX.

De iudicio adhibendo.

Non oportet sequi malum vsum tam etsi
vltus dominus loquendi, scribendique sit
velut qui sensùt A magnum in initio. Verbo-
rum communium, appello malam consuetu-
dinem, quæ est contra regulas nec est alicuius
authoris antiqui, nam hoc in casu horum
authoritas, cum constans fuerit regulam fran-
git; dixi cum constans, quoniam, vt supra
visum est, & libri & marmora viciantur. Ergo
normam sequi debemus quoties, authoritas
antiqui scriptoris non obstat. Antiquos de-
finio ad tempora vsque Traiani vno Seneca
duntaxat excepto: nam sub hoc numero
Plinius secundus, & Tacitus, & Gellius com-
prehenduntur: Indiciū verò adiuvat etiam
in quibusdam quæ scripta non habentur; ve-
lut de sollicitudine quæ vno solo l, scribitur si
deducatur a solo, solliciti enim sumus cum soli
sumus. Alij sollicitum quod solo, citer inter-
pretatur, sed obstat syllaba breuis: nam so-
lus longam habet primam, sollicitudo breuem.
Ita etiam declinationes quasdam, vt Iupiter
Iupitris, quia iu breuis est duplicat p, in car-
mine: & suscipit à Iouis, genitiuum Iouis:
à supinis adiciendo, tum sunt nomina in
bilis, & bile, & bundus, vt notum amatum,
scitum sititum, nobilis amabilis, scibilis vel
scibile, & sitibundus. Et vt sepultum simu-
latum, inuolutrum, sepulchrum, simulacrum,
inuolucrum; solum sepulchrum à pulchro, de-
riuatum s, retinet & orchum dixere veteres.
Ita eadem consonantes, cum ad eandem com-
parantur vocales, si nulla consonans præcedat
plerumque geminantur quia præpositio-
ne constant, si præcedat sola est quoniam præ-
positio ab, & ad, & ex, & in, non habent
consonantem ante. Deficio, ergo rescio di-
cam & officio scribam: Et afficio, ita illigo
& diligo, & quæ à præ eadem ratione non du-
plicabunt, cum consonans nulla in præposi-
tione post vocalem contineatur. Eligo tamen
& si ab ex lego, fiat simul elidit, vt hoc ip-
sum verbum x, mutatque e, in i. Elido tamen
ab e, præpositione deducunt aliqui, & lædo
mutata diphthongo in i. In vniuersum com-
positio cum fiat plerumque, ex præpositione
vel simili quæ præcedit & declinabili quæ
variatur, nam nunquam contraria ratio ne
sit: prima pars aut vocalis tantum est, aut in
vocalē finitur, præcedente consonante aut
post

post vocalem, adest consonans, aut consonans prærit, & subsequitur: sequens vero dictio vel à consonante, vel à vocali incipit; si à vocali incipit, nunquam geminat consonantem in compositione: sed vel vocales, se sequuntur vt deamo, deauro, vel vna tantum consonans, vt peramo perennis; si autem quæ præponitur in vocalem finitur, vt a pro ab, e pro ex, præ & sunt pauciores, nunquam geminatur consonans in compositis; sed vbi consonans vocalem sequitur, quod plerumque contingit in his quæ à vocali incipiunt vt ab, ex, ob, ad, in, & similibus si alterius initium sit à consonante ferè semper geminant: sicut etiam in his quæ consonantem habent, non solum post sed etiam ante, vt sub syn, con, cum & talibus: hæ enim sequente dictione à consonante incipiente, aut geminant vt altero aut manent vt in admitto b, adeo dura est vt omittatur aliquando i, obmittatur.

REGVLA XX.

De compositione dignoscenda.

Tribus modis cognoscitur compositio euidencia partibus & sensu. Euidencia peramo & innato: partibus vt quæ à mitto, à lego, ac similibus vbi pars vna, saltem manet aut illi proxima, cum ex mutilis componitur vt frater, fere, alter: à sensu difficilis clarum est, quod significatum habet compositum ex dis, & facilis; cognita compositione partes dignoscere expedit quæ in primo modo facile habentur, inde in tertio difficilimè in secundo. Circa tertium autem animaduerrere decet, quod non omnis sensus, deriuatio compositionis parit, nam sic casus numeri, tempora modi deriuatiua, & figuræ, & participia compositione fierent. Nam compositione fiunt omnia vt Æcacies, ab Æaco, & Atlantis mutato s, in ntis: Et amans mutato s, secundæ personæ in ns: Sed solum cum mutatio sit significati vt differo ex dis, fero i, in longum fero disideo diuersum sentio quasi quodd vna sedere non possum.

REGVLA XXI.

De mutationibus vocalium in compositione.

AIn e, sæpe vertitur vt sequentibus o m n p r, damno condemno, aptus, ineptus, ars, iners, annus, biennis, pacifcor, depecifcor; sed & in i, cano, occino, & iacio, proiicio. Quandoque abiicitur, vt in claudio, concludo. Et in i, mutatur emo, redimo, lego, colligo. Etiam in o, & citra compositionem toga, tego, & in u, tego, tigurium. Et o, in u, à gero, gerundus, vnde gerundium, i, in e, mutat vt heri here, vesperi, vesperè scribere vnde ob hanc cognationē scribitur Virgilius & Vergilius, i in u, liber lubet. Quandoque abiicitur vt Dis pro Diis. Mutatur etiam e, in i, in compositione vt à pœna bipennis, æ, præterea in u, pœna punio, a u, in o longum, plaudo, complodo, & reliqua, a u, in o cau-

Tom. I.

dex codex: aurichalchum orichalchum, faus suffreo, aliquando etiam interponitur consonans vt ab aula adolor. A deriuatione ergo dicemus abij biciio, à iaceo quasi iicio mutata a, in i.

REGVLA XXII.

De consonantium mutatione.

Quæ deriuantur plerumque seruant naturam, vt iudicium à iudico: Et à mistico mistio, non mixtio: tum maxime quod plura degenerant ex x, in alias literas, raro ex aliis in eam: sic à procax procatium. Permutatio autem fit eisdem causis, vel facilitatis, vel ex natura declinationis, vel distinctionis, vel euphoniæ, vel vsus. Et facilitatis dupliciter aut quoniam litera, similis semper facilius profertur vt persæpe lateat adcliuis accliuis; adcumbo accumbo, & penè infinita alia, vel ex natura literarū vt acquiesco, pro aquiesco. Dixi enim familiares esse, c, literæ q x l, sed diuersa ratione. Quæ in compositione commutant, sunt maximè ad, in, ob, & sub præpositiones; cōmutant autem in cæteras consonantes omnes dempta x, & z, quoniam duplices sunt & z, etiam Græca; velut adgredior aggredior. Agnatus ab adnascor. Quandoque ergo d, mutatur in f, vt assumo pro adsumo. Adsum tamen dicitur ob assum, ad vitandam homonymiam; ob & sub mutant b, in c f g m p, si sequantur: nam gratiam parit & euphoniā, quandoq; tamè manent vt obcæco obmutesco r, mutatur in l, vt intelligo legitur, & vtroque modo pellucet perlucet s, in f, difficilis à dis & facilis, sæpe enim cum consonans prior mutatur in posteriorem similem, vocalis posterior in vocalem mutatur priorem c, mutatur in g, in numeralibus quingenti, septingenti, contra pro vigesimus, trigesimus, vicesimus, tricesimus, ch, in f, chloris, flora, in d, istuc istud, d in f, duplicatum à sedendo sella, molito nomine n, in m l r, similitudinis causa vt in, in & con vt collido n, ante q, in c, vt ecquid. Ad ferè semper mutat in sequentem e f g l m n p r t, sed ante q, sæpe vertitur in c velut an quiro acquiro quicquid. Aliquando retinet: vt adplico, aliquando perit vt coeo pro coneo. Putant aliqui filium à fidius dici ob fidem. Agnosco ab ad nosco d, in g, ob liquidam sequentem, vel ab a, & gnosco venustatis causa addito q, amittitur ob nimiam plenitudinem vt ab ad & gnatus agnatus seu mutato d, in g, ex ad & natus. Ignobilis ab in & nobilis mutatione conuersa. f in b, vt sibilo à sisilo olim vetusto verbo h, in f, herpyllum serpyllum h, in u, hesperus vesperus m, licet ante c d f g t, transeat in n, excipiuntur tamen iamdiu iamdudum, & quamquam. Am sequente vocali interponit b, vt ambio ambest amburo. Proleptis melius quam preleptis, r, in s, vt arbos pro arbor nonnunquam in l, simili sequente vt pellege pro perlege elegantia causa non ratione s, in m, rursum profus rursum prorsum n s, perit aliquando vt trans duco traduco in tralatum, sed & translatum, ex elidit s, vt exsido exsurgio exsido exurgo expes execo exhibilo, expro exserbo tamen

Y 2

dicitur

dicitur, & exsiccō & quandoque exsiccō cum non iungitur x, ante b, d, g, l, n, r, i, consonum eliditur ebibo educō egero z, nonnunquā transit in duplex s: vt Patrizo patrisso, quod ad mores pertinet b, in s, mutatur a porto, abporto & in u, sequente f, abfero abfugio aufero & aufugio.

REGVLA XXIII.

*De consonantium ad vocales
comparatione,*

Cum scribimus o, vt plurimum sequitur n, vt condo cum u, m, vt cum, h, cum preponitur vocali diuidit syllabam Hieronymus. Cum componitur dictio ex fine vocali & initio interponitur consonas vt si, & vbi sicubi re, & eo redeo, re, & amo redamo, di, & emo dirimo, quandoq; etiam post consonantē, sed mollem velut idem, idem identidem, l, cum diligit i, facit oblaquo obliquum. Et o, trahit l, ante se, ex ob & oleo obsoleo, sed sub alio significato componitur ab ob, & soleo vt verbum obsoletum. I vocalis in initiis non recipit f, neque q, neci, vt principalem nam idem inuenitur neque u, ante f, g, q, licet Poëtis fingere propria, vt vsens apud Virgilium, vnde postmodum vsentina Tribus, ti, perfertur ei, nisi s, vel x, præcedat. Quæstio inde nata est cum ambo per ei proferantur quæ per e, & quæ per t, scribi debeant? & primum à vocatiuis in nominibus Laurenti à secundis personis in verbis vt potiris, & à deriuatione quia t, plerumque crescit nisi sit x, vt clemens clemētis clemētia. Iudex iudicis iudicium, vt supra visum est; commercium ergo à merx mercis, sed vbi non hæc pueritia quasi puritas auaritia pro auaritas, pudicitia pro pudicitas, & ita æquiualet. Officium à facio ergo per c, scribendum erit, Anhele ac traho in medio habent aspirationem. Anhele ex am & halo. Habent, enim Latini aspiratum a, & non aspiratum vt ab eo quod est discedo quamuis compositum & in nominibus hamus, & hebes & hæres. Frequentius in pronomibus hic, hæc, hoc, hac huc. In medio autem aut ad roborandas voces aut hiatum vitandum, vt ahenum inchoo ab in chao prehendo veho cohortor vnde cohors: nam se inuicem mutuo hortantur vaha aha ohe quæ per apocopen vha, ah, oh, pleraque tamen composita vt exhubero, & in fine proh, veh.

REGVLA XXIV.

*Quod modus scribendi variat
significatum*

Modus scribendi variat significatum Quod relatiuum est: quodd cum accentum i, quia quæ cum diphthongo relatiuum est: sine & soletque scribi, cum z, valet, & certè verè quia habet nomina similia vt certa certæ vera veræ accentum habent in fine idèd graue, m vt videbitur, seu sicut seu siue cū præpositio. Quam aduerbium vel coniunctio,

cædo verberō cedo sine diphthongo locū do. Quatenus aduerbium temporis vel loci seu ad quem finem; quatinus quia pro tenuis portus tenuis longè protinus temporis. Quæstus luctum queri lamentari, quædam enim non solum duplici modo scribuntur, sed scribi possunt. Nixus conatum corporis declarat, nihil animi. Calx pedis, calx materia toties quoties non alioqui etiam sæpius sine n, Caper ait. Drachma octaua vnciæ pars: dragma manipulus vel rapina. Ex antiqua prolatione multa ex u, in o, vertuntur voltis, & voster. Arbos fructifera est arbor quod lignum habet, obscenus ex ob & cano, obscænus ex ob & scæna.

REGVLA XXV.

*De his, quæ ex conuersione aliarum
linguarum.*

Quæ ab aliis linguis sumuntur debent scribi vt ratio illius linguæ postulat, vt Cyrus quia κίρως, & transit ad Latinam rationem: idèd non patitur o, m, in fine. Si non transit retinet: vt capparīs, κάρπαις, Νάρκισσος, autem mutat in Theatrum propter linguæ proprietatem. Latina enim vox m, pro n, habet post o, vel u, post e, sæpe lumen numen semen. Sic Hæbreæ habet Adam cum Latina difficillimè admittat m, post a, minus enim Persica habet satrapem ita ad Latinam venit linguam, ex Italica similiter biancum dicemus nomine proprio non candidum qui vocatur bianco, lachrymæ δάκρυον, verso u, in y & abiecta aspiratione nam veteres lachrumæ scribebant. Diphthongi autem Græci transeunt ad Latinos ferme vt iacent nisi quodd i, transit in e, αἰνίαις, Æneas αἰσθητός, æstrum seu æstrus ita, αἰ in ai, αἰ in eu, ou, in u, longum vocales in similes Διονυμίνης, Dinomenes, ε, & o, in e, & o, breues ω, in o, longum: u, in e, vel i, sed semper longa, α, ε, υ, in a, i, & y sub ratione qua Græcè pronunciantur, α, in i, α, in i, etiam sæpius quam α, Empericus ab, μπιθη, θ, ε, φ, χ, in th, rh, ph, ch, transeunt Thalamus Rhodus Phebus Charites, υ τ, in nt, ad Latinos venit, sed profertur nd, vt ἀρν' sed profertur andi γ ante γ, μ, χ, transit in n, ἄγγελος ἄγγελος Μάρτιος ἄγγιλος, Angelus Ancus Martius Anchialus. Annibalem absque aspiratione Græci scribunt quasi ἀν-ίβας, vicus enim fertur esse in Thessalonica Macedonia ciuitate vbi galli muti sunt, quasi ad concionandum omninò ineptus fuerit. Quod si verum, est eo mirabilior quod tot annis tot gentes & feras, & barbaras, & insolentes in obsequio, & perpetuè sine seditione habuerit. Sic & Ἄδριανός, sine aspiratione Romani Hadrianum habent, vt etiam in monumentis apparet.

REGVLA XXVI.

De multitudine Consonantium.

MVtæ & s, & x, non finiunt syllabam, sed incipere solent cum solæ fuerint, duæ tamen si fuerint nec similes eam incipiunt vt Ctesiphon & abdomen nam sic diuiditur abdomen tres consonantes sine liquida raro admittuntur vnde aspiro aspergo, non adpiro adaspergo sed sunt in conspicio quatuor cum vltima fuerit liquida vt constringo.

REGVLA XXVII.

*De Pronominum compositione
atque varietate.*

EX hic & illo isto eligis vltima, & prima sunt illic, & istic quasi illo hic & isto hic sic & ab huc hac hinc illuc illac illinc & istuc istac istinc, vnde etiam significatum istic enim cum ad te loquor Bononiæ, tu verò Romæ fueris in isto hic idest Bononiæ nam tu hic intelligere Bononiæ cum sis Romæ non potes.

REGVLA XXVIII.

De Aspiratione.

OMnes vocales antecedere potest aspiratio apud Latinos vt habeo hebes hirundo homo humus, aliquando post vt in pro raro pro, & veh etiam frequentius quam ne. In mediis autem Syllabis interponitur vel vitandi hiatus causa & firmandas voces vt ahenum vehemens traho veho prehendo cohortor, nam simplex esse volunt, & exinde cohors, mcoho, sed plerique inchoo, vel ob compositionem vt anhelio dehinc exhubero prohibeo. Sed in consonantibus apud Latinos nulla excipit post se h, præter c, vt charus, quamquam, & hoc hoc à *χάρης*, deduci possit quod est gratia. Inspicere igitur oportet primum an à Græco deriuetur dictio & tunc an scribatur aspiratis consonantibus supradictis s; φ; ξ: vel si vocalis sit & aspietur aut scribatur per alias consonantes, aut vocales non aspiratas, aut si Latina sit post consonantem non recipit aspirationem: sed si vocalis an dictio composita sit, aut si simplex an ob firmandam vocem debeat interponi, quo in casu vsus & deriuationem considerare oportet.

REGVLA XXIX.

De pugnantis scribendi causis.

ET causæ quidem scribendi vt diximus sunt ab vsu tres scilicet antiquissimo quem volunt negligi debere ne cogamur omnia in contradictionem reuocare atque confundere cum iam boni authores quibus non erant aded antiqua illa reiecerint ab vsu. *Tom. I.*

cundus est recentiorum quem non debemus probare cum alienus sit, & à ratione, & à veterum consuetudine. Tertius est ab vsu antiquorum atque hic facit fidem, & est prima ratio, secunda est ab autoritate veterum vt cum Seruius vel Caper vel Teretianus vel Priscianus aut alius similis sic scribi debere contendat, tertia est ab etymo, quarta est à deriuatione, quinta ab authorum autoritate, in his omnibus spectare oportet numerum rationum ex vtraque parte sequendo efficaciores & plures si autem ferme pares fuerint vtroque modo scribi posse videntur.

REGVLA XXX.

*De syllabis primis, secundis & tertiis
ab vsu & autoritate Veterum.*

CVM hæcenus de generalibus regulis rectè scribendi egerimus, nunc proprias prosequemur distinguendo singulas literas trifariam ex loco scilicet cum fuerint in principio, medio aut fine. Tres additas autem relinquemus suo loco ne numerum augeamus, sed longior erit ob id in eis enarratio. Ductores autem habebimus in hoc præcipuè Petrum Victorium in Ciceronis Epistolas familiares, Ioann. Pierium in Virgilium, Carolum Stephanum, diligentia præcellentem Aldum Manutium eruditum virum, & iudicij singularis, Despauterium quoque ob copiam. Omittam nunc antiquos qui ab istis abunde sunt obseruati. Exemplum ab authore ductentis nam ab *αὐθις* idest propriè deritari volunt at si ab augendo auctus inde auctor dicitur. Qui hoc contendunt Charistium, & Festum ex antiquis, ex nostræ ætatis eruditus Pierium, pro teste adducant, ad hæc marmora & libros locupletes testes, aded vt vel auctorem dicas vel auctorem etiam si vtrumque idem non improbabo, solum non feram, vt vel autorem scribas vel auctorem cum sic neminem sequaris. Aliud de otio exemplum seu ocio vnde negotium, placetque Donati sententia, qui inducias ab ocio deriuauit. At qui sequuntur & Papirium Grammaticum coguntur per t, scribere quodd ille dicat: In his syllabis sonus literæ Z immixtus inueniri tantum potest qua constant t, & i, & eas sequitur vocalis quælibet vt Tattius Etius iustitia, & similia, respondentque ea ratione scribi posse inducias ob otium qua ocium ab induciis; at mihi vt dixi quod placeat magis ita periuasum est vtrumque etiam in similibus scribi posse. Verùm Despauterius secutus Seruium scribit neutro modo, sed ocium ab *ὄκτυς ὄκτυς* citus vnde comparatum *ὄκτυς* seu, *ὄκτυς*, citius seu celerius & superlatiuum *ὄκτυς*, seu *ὄκτυς*, citissime, sed hoc, vt patet sub alio sensu, aliud enim ocium est quod negotium significat. Tertium sit in deliro nam non per y, Robertus Stephanus putat scribi debere sed quasi à lira quæ est recta deductio terræ ab aratro facta. Despauterius autem vtroque modo quasi quod à lyra & concentu omni abertet, tutius ergo per i, Nam vbi vnus medius est alter partem vnam recipit securius est inacceptam

pram ab utroque incumbere. Aduertendum autem circa hoc antiquos & tempore Ciceronis composita scripsisse pene omnia ut iacebant distincta illustrabit adfecta, adficior, adfixum, conlaudare, expectatio conlega, adprobo, conlegi, adgrego, adfectus, conlocutio, ideò utrumque modum admittuat.

REGULA XXXI.

De Accentibus ex Aldo.

Dicitur accentus, quasi ad cantus, ab accino accinui accentum, ad imitationem Græcorum quibus *περαδία*, dicitur, à *περ*, præpositione, quod est ad, & *δία* cantus, hi autem sunt qui dictionem moderantur, nec potest aliqua esse dictio, quæ vno ex ipsis careat, nam sicut nulla vox esse potest sine vocali, ita nec sine accentu, quod fit quasi anima vocis. De ipsis igitur dictionem moderantibus sic perbreuiter dicemus, omnis dictio, aut vnus est syllabæ, aut duarum, aut plurium duabus. Quæ vnus est syllabæ, si breuem vocalem habet, aut positione longam, acuitur, vt mel, mons, pix, si verò natura longam, circumflectitur, vt mos. Quæ autem duarum est syllabarum semper accentum habet supra primam syllabam: exceptis quibusdam, quæ supra vltimam, accentum habent differentie causa, vt mox dicemus, si prima igitur natura longa est, & vltima breuis, circumflectitur, vt mater, munus, donum, in cæteris omnibus acuitur, vt pater, homo, leges, fortis. Quæ vero plurimum est duabus syllabis, si penultima est longa, semper ibi est tonus circumflexus, si natura longa, & vltima breuis, vt Romanus, acutus, si aliter, vt Romani, potentes, libertas, Carullus, Veronensis. Si verò breuis, in antepenultima, vt Dominus, Pótifex, sanctissimus, tenebræ, lugubris, muliebris, hiacynthinus. Excipiuntur à facio composita, quæ in secunda, & tertia persona singulari præsentis indicatiui modi accentum habent in penultima, licet sit breuis, vt benefacis, benefacit, calefacis, calefacit, & huiusmodi beneficit etiam, & fatissit, & calefit, & calefis, & alia composita à sis, & fit, acuuunt vltimam, vt sua simplicia. Exerceantur igitur discipuli à Præceptoribus pronunciare dictiones, quæ penultimam vel corripunt, vel produciunt, discant etiam variare accentum ab antepenultima ad vltimam, verbi causa, pronunciant Dominus cum accentu in antepenultima sic, Dominus, deinde cum accentu in penultima sic, Dominus: postremo cum accentu in vltima sic, Dominus, licet neque in vltima, neque in penultima esse possit. Sed fiat, vt assuescant variare vocem, quod tamen melius fiat in Græcis dictionibus, in quibus si accentus est in antepenultima, transit ad penultimam, si vltima flectendo fiat longa, vt *ἀθήνας, ἀθήνας, ἀθήνας, ἀθήνας, ἀθήνας, ἀθήνας, ἀθήνας, ἀθήνας*, nam si vltima sit longa, accentus non potest esse in antepenultima, nisi desinat in *αι*, vel in *οι*, puras diphthongos, vt *ἀθήνας, ἀθήνας*: nam si sequatur consonans, mutatur accentus in penultima *ἀθήνας, ἀθήνας*. Cum autem assue-

uerint sic variare vocem accentibus; factus nostra pronnnciabunt. Præterea vt rectè penultima, & antepenultima proferatur, illo etiam signo admoneri poterunt, vt cum supra penultimam viderint longum accentum, in ea immorentur, vt in Instinianus, Theodorus: cum verò breuem, intendant ante penultimam, nec vllam in penultima moram faciant, sed celeriter pertranseant, vt in adamo, perlego, mulierem.

Præterea plurimum iuuabit, si singulas penultimas dictionum supra duas syllabas, quæ ambiguitatem parere possunt, aut longo accentu, aut breui signauerimus, longo, si longa fuerit: vt Arietinus, Parietinus, clandestinus, mediastinus, adolor, trituro, occido pro interficio, ex ob & cædo, legere à legi præterito, videris secunda præsentis indicatiui, legeris vel legere à legar futuro indicatiui, annona. Breui autem si breuis, vt centimanus, muliebris, videris, à viderim, vel videro, adamantinus, ornotinus, craftinus, aliquibus, inito bello, obrutus, abscedit, occido, ex ob & cado, Porfinna, pessundatus, circumdatus, & alia huiusmodi Latina, nam in Græcis, non est perpetuum, propter accentum, qui in aliquibus intendit penultimam etiam breuem, vt Symoeis, Pyrois, Corydon, Amaryllida, Arcades, Thesea. In aliquibus autem intendit penultimam, licet penultima producat, vt cyclopas, heroas, arethusa, creula, corinthos, & alia id genus multa.

Non seruat autem accentus modis septem, differentia, ambiguitate, necessitate, transpositione, cocontextu, Idiomate, Apocope.

Differentia, vt in quando, quod interrogatiuum acuitur, cum autem significat *quæ*, grauatur, quando sic vnà, penè, ferè, ponè, planè, coram, palam, falsò, eo, aliquo, illo, illa, circum, aliàs, & huiusmodi, cum sunt aduerbia. Sic ergò aduerbium circumflectitur, vt illius ergò venimus, id est causa illius, quod Græci dicunt *καὶ τὸν ἕνα*. Coniunctio autem grauatur, vt ergone supremis potuit vox improba verbis iam dirè mandare nefas?

Ambiguitate, ad euitandam amphibologiam, vt interea loci, aliquando, si quando, nequando, deinde, exinde, perinde, proinde, subinde, duntaxat, quæ antepenultimam acuiunt, ne duæ partes esse putentur. In assatim etiam, quia fa breuis est, humo, tono est prima, vt in præmodum, admodum, assabre, apprime autem, in penultima habet accentum, quia longa est, nec obstat ambiguitas.

Necessitate non seruat accentus, cum post vocabulum aliquod, inclinatiua sequitur coniunctio, quæ Græcè *καὶ τὸν ἕνα* dicitur, vt que, ve, ne de quibus supra suo loco diximus. Transpositione, cum de suo loco dictio transmutatur, vt sunt præpositiones, quæ præpositæ grauatur, vt de quo genere mortis difficile dictum est. Postpositæ autem, quia mutant locum, mutant etiam accentum, & acuntur, vt, quo de genere mortis difficile dictum est. Sic Græci *περὶ ἀγέρας, ἀγέρας περὶ*, circum autem ad differentiam nominis, nunquam mutat accentum, vt ter circum Iliacos raptauerat Hæctora mutat, & maria omnia circum.

Contextu,

Contextu, cum dictiones, quæ per se positæ acciuntur, in contextu grauantur, vt protinus Æneas celeri certare sagitta.

Idiomate, cum Græcum vocabulum, nulla nec temporis, nec literarum facta mutatione, ad nos venit, tum enim seruat accentum Græcum, vt Tegea, Nimea, Creusa, Aretusa, Amaryllis, Amarylli, Amaryllida, Corydon, Simeis, Arcadis, Cyclopi, Penelope, Pentecoste, Aristoteles, Demosthenes, & id genus quàmplurima. Quod si dixeris in quibusdam è supradictis mutari, in e, longum, respondeo antiquos Græcos sic pronunciaſſe πη, vt nos e longum in Penelope, Grāmāte, Aristoteles, sed de hoc multa in fragmentis nostris. In Aristotelis autem, Aristoteli, Aristotelem, Aristotele accentus est in antepenultima, quia Latine declinantur. Comædia autem, tragædia, sophia, symphonia, & similia, mutant accentum, cum corripitur vltima, Græcè enim *καμῆδια τραγωδία σοφία συμφωνία* dicitur, nos comædia, tragædia, sophia, symponia, vltima correpta.

Apocope, aut syncope, cum dictiones per apocopen, aut syncopen proferuntur. Tunc enim accentum retinet integræ dictionis, & vocatiui in i, à nominatiuis in ius vt Mercurius, Virgilius, Domitius, Ouidius, ô Mercuri, Virgili, Domiti, Ouidi, seruato accentu supra eam syllabam, in qua erat in nominatiuo, & si est breuis, vt Mercuri facunde nepos Atlantis, & nulli flebilior, quâ tibi Virgili, sic nomina, & pronomina in as, vt Arpinas, Rauennas, cuias, nostras circumflectunt vltimam, quia sunt per syncopen ab his vetustis hic & hæc Arpinatis, Rauennatis, cuiatis, nostratis, quæ in penultima circumflexû habent, remota igitur ti, idem accentus remanet: longus accentus, ponitur supra syllabam, cum longam esse illam ostendere volumus, vt saluber. Breuis autem cum breuem, vt funebris. Hyphen virgula est subincurua, quæ supponitur fini vnius dictionis, & principio alterius, cum coniungere eas volumus, vt ante malorum, ante uolans. Hypodiasiole vero, est dextera pars circuli, qua supposita dictionibus, notamus eas male cohærere, ac distinguendas, vt cor, vinum lætificat, ne coruinum proprium dicere videaris, distingo post cor ad imam literam dicto accentu, sic illud apud Græcos, quod & Fabius refert, vbi de ambiguo scribit & ἀλλὰ, τῆς ἰσσοῦ, ne videaris dicere tibicina cecidit pro eo quod, aula ter ceciderit, interponatur hypodiasiole inter ἀλλὰ, & τῆς, & vitabitur amphibologia, & viridique in littore conspicitur, sus, ne videaris dicere conspicit vrsus, inter conspicitur, & suis interponitur hypodiasiole ad imas literas. Eodem etiam accentu vtimur, cum volumus distingi uere sensum, vt in illo, erepta virginis, ira, ne videatur significare iram virginis ereptæ, sed ira propter ereptam virginem, post virginem, post virginis supponitur diasiole. Apostrophus item est pars quædam dextera circuli, sed ad summam literam apposita, qua nota significamus vltimam ibi vocalem elisam, vt tanton' me crimine dignum duxisti? pro tantone, & Hectoris Andromache Pyrrhinæ connubia seruas? pro Pyrrhine. Dasia & Phile licet non vtamur, quia vt dixi, loco ipso

rum vtimur aspiratione nostra, aut ante, aut post aspirandas literas in contextu literarum, tamen si aliquando aut negligentia, aut quia nescierimus, literam aliquam aspirandam attenuarimus, Dasia supraposita id significare poterimus, vt si scripseris omo, ymus, ymnus sine aspiratione, vel Tyrſis, Teſeus t, tenui, vel cremes item tenui e, sic emenda omo' ymus ymus Tyrſis' Teſeus' cremes, & nota quas Græci *πρῶτον δὲ*, dicunt, nos autem accentus, eas veteres tum notas vocum, tum moderamenta, tum terrores, tum fastigia, quod capitibus literarum apponerentur, tum accentuunculas, tum uoculationes appellasse.

REGVLA XXXII.

De diuisione Orationis.

Licet negotium diuisionis in libros & capita ad librum potius de conscribendis libris pertineret quam ad rationem rectè scribendi, nihilominus etiam hic conuenit ob similitudinem, idè Opera diuiduntur in libros vel ob subiectam materiam vt Plinii naturalis historia: aut ob modum tractandi vel libri de difficultate spirandi: aut misto modo velut libri de anima Aristotelis & de natura. In huiusmodi diuisione communia sunt initium, litera maxima, titulus, quæ omnia communia sunt diuisioni etiam in capita: sed in initio libri denuo repetitur nomen authoris, quod non fit in capitibus. Capitum autem diuisio fit quoties materia assumpta pars in specie variatur, velut si de cotoneo aut atreo malo agendum sit aut omnino de eodem agitur sed species modi tractandi alia est, aut misto quodam modo quemadmodum etiam de librorum diuisione diximus. At antiquis parum fuit curæ hæc diuisio vt neque apud Aristotelem aut Hippocratem aut Galenum etiã vel alium quempiam celebrem authorem huiusmodi diuisionis genus inuenire queas: sed contenti erant diuisione per capita. Plinius tamen videtur suum opus ita distinxisse, de Celso dubiũ est an diuisio illa in capita ab eo excogitata fuerit, sanè diuisio in libros manifesta est in omnibus antiquorum libris. Et post hanc in sectiones in quibus partes à partibus distant & punctum firmum interponitur literaque maior, cuiusmodi in Græcis codicibus antiquorum tam Græcorum quam Latinorum cernere facile vbique est. Sed nec initium diuisio à sinistro latere nisi fortuito accipit: nec litera maxima preponitur, neque titulus rei tractandæ superscribitur. Idè antiquorum modus simplicior est, nostra via utilior ad promptè inueniendum, nec debemus aspernari neglecta ab antiquis cum posterioribus in melius commutauerint, nam nulla est maior iactura quam temporis. Princeps autem etiam inter libros, & capita multa alia diuisionum genera interposuit, sectiones doctrinas summas atque tractatus. Et quidem de hoc rurſus dicam quid sentiam: certe cum res plures habet differentias insignes, & ordinatas velut in tertio illius libro viginti duæ enim sunt, utilis plus est quam confusa huiusmodi distinctio in aliis seu pauca fuerint seu

non insignes aut non ordinatæ, melius forsitan fuerit ordinem docere quam scribere, quem morem, & ab Aristotele, & à Theophrasto seruatam reliquisque antiquis ut puriore videmus.

Initium autem ducimus nec tamen per capita diuidimus cum membrum principale tractatur cuius speciem totam aut liber, aut caput amplectitur aded ut persæpe plus contineat huius diuisionis pars quæ caput velut si caput generaliter de fructibus agat tractandû autem sit de horæis, aut nucibus aut astringentibus vniuersim hanc diuisionem interponemus quasi significantes per illam minus exactam differentiam non maiorem tractationem contra in capite minus amplam, sed magis exactam, ut pote in capite generali tractabimus de fructibus, in diuisionis membro de nucibus, in capitibus de Pontica auellana pistaciis pineis cocco amygdalis, hæc enim singula caput suum exigunt.

Maiore autem littera, & puncto & spatio etiam si initium non faciamus uti licet antiquorum more cum omnino aliquid nouum aggredimur, sed tamen superioribus coniungam, & quod quasi, ut membrum membro apponitur velut illud in Poëtica, his absolutis deinceps dicendum qualem omnino deceat esse rerum contextum. At si separatio nulla aut exigua sit tunc debetur ei orationi quæ noua est nec tamen est de re noua, scilicet vel ratio noua, vel modus, continuata est tamen, sed cum nihil noui secunda affert sententia, & omnes orationes in vnum sinem tendunt velut in syllogismo contingere solet nam vnaquæque oratio sensum retinet perfectum, & præter id in vnam coeunt sententiam tunc puncto distinguemus eas non tamen in initio maiorem litteram adiciemus, conuenit autem in huiusmodi ut prioris sententiæ memineris non ab initio, sed velut si

Pro I. Annio
Milonæ.

vna esset alterius pars, velut apud Ciceronem Negant intueri lucem fas esse ei, qui à se hominem occisum esse fateatur. In qua ardem vrbes homines stultissimi hoc disputant, vides in hac sententia priorem contineri. Sic illud comprehensus est in templo Castoris Seruius P. Clodij quem ille ad Cneum Pompeium interficiendum collocarat. Extorta est confitenti sicca de manibus, caruit foro postea Pompeius. At quæ cum maioris literæ initio coniuncta est differentia pauciora habet exempla. Vnum tamen referam in

Propè finem.

L. Fisonem: cognoscis ex particula parua scelerum, & crudelitatis tuæ genus vniuersum. Quid avaritiæ quæ scriminibus infinitis, conueniunt autem plerumque his principiis etiam Gerundia. Sed sæpe etiam utimur medio puncto i. dimidio: cum subsequatur maior littera: id sit cum sequentis sententiæ tãquam exempli prior meminerit nec tamen pars illius fuerit, ut præsertim in testimoniis veterum: velut illud: De Domitio dixit versus Græcum eadem sententia qua etiam nos habemus Latinum: Percant amici dum vna inimici intercidant: quod ille si esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset, verum non solum post punctum medium, sed & semicirculum inuersum dum alienacitas licet

Pro Deiora-
no.

maiore littera in initio uti velut illud, Regum autem sunt hæc imperia; animaduerte & dicto pare: & præter rogatum si querare & illæ minæ si te secundo lumine hic offendero moriere. Cum verò sententia seorsum habet integrum sensum, sed tamen ad sequentem collata imperfecta est, ut potius verbo quam re ipsa indigere videatur quia careat verbo ut aiunt principali, tunc vna ab altera puncto dimidio seu duplici dirimitur, ut in oratione pro P. Sestio ubi sunt illa verba: Et pro comuni libertate: nam nisi dubitatiue prolata essent integrum clauderent sensum, & concludi deberent puncto. Sed ut dixi cum dubitatiue proferantur duobus punctis dirimitur à sequenti parte. Punctum autem cum semicirculo auerso interponitur cum rei partes distinctionem exigunt, vel quia perfectum quendam ex contrariis sensum efficiunt: ut publica priuata, sacra profana, vel cum suspenditur sensus, ut si semicirculus apponatur parum sit, nec tamen quicquam perfecti retineat. Sed non solum verba verum res ipsæ ad sequentia referantur, & illa trahant ad se. Demum cum verba ipsa aliquid per se significant ut apposta dici possint semicirculum interponere oportet, hoc autem cum quasi sub vno continentur genere, & in contrarias species diuiso, sed in coniunctis idque maxime in verbis, & nominibus animi affectus significantibus velut hortari, orare, mouere in nominibus ut Ira, dolore, tristitia, iræ animus marcescit, vires corporis languescant quasi sensus sit in verbis talis ut quodcumque auferas integra maneat oratio, sed in nominibus ut ex quouis coram animus marcescat vires corporis languescant, at quantum differt ab eo sensu in quo omnia illa, ut horum vnum, aut vtrumque eueniat comprehendantur necesse sit, propterea apte in eorum vltima enclitica ponitur.

Præter hæc sunt duo genera diuisionis alia quæ non leuis sunt momenti scilicet parenthesis, & interrogatio. Cum enim oratio eiusmodi fuerit (quod sæpe contingit) ut aulsa parte aliqua integra nihilominus remaneat sententia quod auelli potest parenthesis includi solet. Nihilominus non semper claudi debet parenthesis etiam si seorsum quod relinquitur stare possit, sed solum cum breuis est oratio quæ interponitur. At si longior sit (ut dixi) vel omittenda est vel repetendus est finis pro principio quemadmodum apud Ciceronem: Alterius tribuni Pl. diuini hominis (dicam enim quod sentio, & quod mecum sentiunt omnes) diuini insigni quadam inaudita, noua magnitudine animi. Et ne fortuito hoc accidisse, aut quod deterius esset per errorem putes vide quid subiungant in Variniana. Denique cogitaris (est enim res eiusmodi, ut si tibi modò in mentem venit, nemo sit qui te vilo cruciatus esse dignum putet) cogitaris ne in illo tuo intolerabili non regno. Interrogationis signum apponimus non semper cum interrogamus, sed in fine orationis, ut sensum efficiat perfectum nec nimis longa est suspensio velut an tutu non templa spoliasti, non ciues crudeliter occidisti? An non patriam disti-

Pro C. Ralio
rio posthu.

In Principio.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

De Orthographia Liber. 261

disti semicirculo solum vtar. Aut si dicās an tu putas esse bonos viros qui amicitias vtilitate sua colunt, nihil ad humanitatem nihil ad honestum referunt; nec libenter ea curant quæ ego nisi curarem præter cætera me profus tua benevolentia, in qua magnam felicitatis meæ partem soleo ponere indignum putarem. Quandoque in initio orationis, sed post narrationem, vt pro Q. Liga-

rio. Quid? cum ista res nihil commouisset eius animum ad quem veneratis; languidiore credo studio in causa fuistis. Multæ quoque partes sunt, quæ vim interrogandi habent, quæ tamen sine nota interrogationis finem sortiuntur velut in initio orationis pro Cælio & C. Rabirio Posthumo. Ergo vim ipsam sermonis hæc distinctio quæ est efficacissima respicit, vt animam quasi scripturæ addat.

FINIS.



LIBER